



Disputatio juridica inauguralis de transactionibus

<https://hdl.handle.net/1874/345137>

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
TRANSACTIONIBUS.

QVAM
FAVENTE D^EO TER OPT. MAX.
Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JACOBI VALLAN,

M.D. Praxeos & Institut. Medicinæ Professoris Ordinarii,
NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicī consensu, Nobilissimæque
Facultatis JURIDICÆ Decretō,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

ARNOLDUS AB IDSINGA. HARL. FRIS.

Ad diem 27. April hora locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clc Icc xci.

*Amplissimis, Spectatissimis, Gravissimisque
VIRIS ac DOMINIS
Individuo Germanæ Fraternitatis vinculo
Conjunctissimis,*

D. SACONI ab IDSINGA, Nobilissimi in Frisia
Collegii Maritimi Consilario, ejusdemque Fisci.
Patrono Gravissimo, ad Collegium octovirorum
Frisiae supremum delegato, Patruo suo, omni
honore atque reverentia in perpetuum colendo.

D. MATTHÆO ab IDSINGA, Nobilissimi re-
rum maritimarum Collegii Hollandiæ Borealis
Consiliario dignissimo, judicio Territorii Barra-
deel a Secretis vigilantissimo, Parenti suo, omni
debita filiali obedientiâ venerando.

D. HERMANNO ab IDSINGA, Supremæ Fri-
siorum curiæ Senatori Gravissimo, Spectatissimo
Patruo suo, omni obsequio atque respectu sem-
per reverendo, honorando.

*Hanc Disputationem Inauguralem
humiliter*

имия юго D. D. D.

арнольдус а. в. idsinga



PRO OE M I U M.



Onscripturus pro gradu docto-
ratus dissertationem aliquam,
michi se præbuit materia in
fronte hujus disputationis me-
morata, cuius explicationem
(quam brevissimè quantum hu-
jus materiæ utilitas permittet pro viribus propo-
nam) L. B. non injucundam fore spero: ideoque
non abs re erit antequam ulterius progrediamur
obiter de origine & varia vocis significatione
loqui exemplo Imperatoris nostri Justiniani,
(quod nos imitari fas est) qui Juris legumque
vetustarum interpretationem facturus, iis qui
huic æqui bonique arti operam daturi essent,
priusquam pergeret, notum fecit unde nomen
Juris descendat. l. i. §. i. D. de justit. &
Jur.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
TRANSACTIONIBUS.

THESES I.



Uod pertinet ad compositionem vocis unicuique satis persuasum, uti credo, erit, verbum transfigendi habere originem suam, a vocabulo præpositivo trans, quod idem est ac ultra, uti videre est quod Horat. lib. 1. epist. 2. Cælum non animum mutant, qui transmovere curunt, & verbo ago, & varias apud bonæ notæ auctores recipit significaciones, legimus enim transfigere vitam, pro trahere vel pèragere, ita a Salustio usurpatur in præem. Catilin. ubi non inelegantur dicit, quod multi mortales dediti ventri atque somno, indocti incultique vitam veluti peregrinantes transfigunt: sed quod propius ad nostram accedat materiam, Transactio sumitur late vel stricte, late pro eujusvis negotii definitione, compositione, seu pro quolibet actu, quo res aliqua determinatur, ita nobis occurrit, in l. 229. & seq. de verb. sign. ubi JCt. Paulus, transacta finitaque intelligere debemus non solum quibus controversia fuit, sed etiam quia sine controversia finz possefa, ut sunt judicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita. Stricte vero significat item, vel rem dubiam sopire, pecuniaque ab adversario recepta, actionem sibi competentem remittere, l. 1. D. b. tit. quo sensu Transactio recte definitur, Pactio sive pactum non gratuitum, de re dubia vel lite incerta, aliquo dato, retento, vel promisso. l. 38. C. b. tit.

Ad.

II.

Admodum varie doctores inter se disputant, ad quodnam genus, Transactione uti species sit referenda: sunt qui eam referunt ad contractus innominatos, dicentes quod sit conventionis habens causam, nempe dationem vel factum, uti do tibi certam pecuniae summam, ut a lite desistas: ex his sunt Wesemb. ex suis Par. ad b. r. Cujac. Sunt præterea qui sustinent quod sit contractus nominatus, quia certum & definitum habet nomen, quales dici contractus nominatos nulla dubitatio est. l. 7. in princ. & §. seq. D. de partis. item propter. l. 7. C. de his que vi met. caus. & l. 17. C. de fide instrum. Ubi transactio expresse vocatur contractus, interque nominatos recensetur, de his quæ ad ea respondenda sunt, potest videri Clarissimus Huberus in Prelect. ad b. tit. Wissemb. aliquae plures.

III.

Nos vero genus Transactionis diximus in definitione data, Pactum. Ut autem intelligatur quod hoc sit, res paulo altius repetenda erit: ante omnia igitur notum est, pactum, pactionem, conventionem, idem esse, atque omnia æquè latè patere, magisque pro Synonymis quam distinctis Juris vocibus habenda. l. 15. D. de prescrip. verb. l. 3. d. pollicit. l. 1. §. 3. D. de part. in generali & speciali sensu in libris Juris sumi; generaliter pactum definitur quod sit duorum pluriumve in idem placitum consensus. l. 1. §. 2. D. de part. atque tunc omnes qualescumque sint contractus, nominatos, innominatos, complectitur. l. 7. D. profec. Quo loco Jct. Paulus contractum societatis nominat pactum conventum, eodem modo nobis occurrit, in §. 1. Inst. de Usufruct. item §. 4. de servit. rustic. ubi servitutes dicuntur constitui pactionibus & stipulationibus: ibidem per pactiones necessario intelligendi sunt quilibet juris gentium contractus idonei & habiles ad jus aliquod in re constitendum, iisque locis utuntur Jct. verbo generali nempe pacto, pro speciali, contractu.

DISPUTATIO JURIDICA

I V.

Pactum vero specialiter a Doctoribus sumitur pro hujusmodi conventione quæ caret nomine & causa l. 7. §. 1. & leg. D. de pactis, atque tale pactum dicitur nudum. l. 7. §. 4. eod. sit. & est plerumque gratuitum, vel si gratuitum non sit, dum tamen respectu litis non sit conceptum, l. t. C. de pact. l. 6. D. de his qui notant. infanz. l. 1. D. de transact. & eo sensu opponitur contractui tam nominato quam innominato. Nominatus contractus, dicitur uti statim diximus, qui propter usum frequentem in certum atque speciale transit nomen, uti emptio venditio, locatio conductio societas, ceterique similes contractus. l. 7. D. de pact. innominatus vero contractus est qui iquidem caret nomine certo & specifico, sed loco ejus causam aliquam habet, nempe dationem vel factum ab una parte impletum l. 7. §. 2. d. tit.

V.

Hisce breviter expositis, facile unus quisque videbit horum omnium differentias à transactione. I. enim differt a pacto, hoc enim plerumque uti jam monuimus est gratuitum, atque ex liberalitate proficiscitur, transactione vero semper fit sub pretio 2. transactione non est nisi de rebus dubiis, pactum vero regulariter de re certa & liquida: hinc dicitur quod de re vel lite finita transfigere non licet l. 7. pr. D. b. tit. at pacisci de hujusmodi rebus quidem licet. l. 7. §. 13. D. de pact. a contractibus, praesertim ab innominato differt in hisce quod ex contractu innominato oriatur actio praescriptis verbis l. 7. §. d. tit. Transactione vero nullam parit actionem sed tantum exceptionem. l. 28. C. hoc tit. item veluti innominatus contractus initium capit a datione vel facto l. 7. §. 2. D. de pact. ita Transactionis vis, consistit tantum in conventione, uti emptio venditionis quæ perfecta dicitur simul atque de pretio convenit, cetera vero pertinent ad implendum contract. §. 3. ins. de empt. vendit. plures differentias habet Wissenb. ad. t. tit. quas brevitatis ergo prætermittam.

marcus

§ A

Fin

V I I I . Ex hisce que jam dicta sunt nobis, uti opinori, constat quænam sit materia Transactionum, nempe res incertæ, & pretium, Res incerta est, de qualis agitur, vel esse potest, aut saltem metuitur. *I. i. D. h. tit.* dico vel esse potest, nam item motam esse necesse non est. *I. 2. C. h. tit.* plerunque enim Transactionibus intuntur ante judicium vel antequam ad judicem eant, ut potius rem amicabili compositione terminent, quam litigando multos faciant sumptus, quod sàpē magna suscitat odia atque incimicitias, ipseque iudex ad id hortari & inter partes concordiam suadere solet, idque etiam pertinere dicitur ad officium boni iudicis. *I. 7. C. de sent.* Ex eo quod porro diximus, de re incerta, sequitur, quod de re iudicata vel de lite quæ per sententiam iudicis finem accepit, Transactione non valeat. *I. 1. D. h. tit.* substantia enim Transactionis, nempe incertitudo rei deficiente, quoniam sententia rem liquidam & certissimam reddit. *I. 207. de Reg. Jur.* hoc vero dicimus de hujusmodi sententia, quæ lapsu temporis vel alio quovis iure, appellando rescindi non potest. *I. 23. §. 1. D. de Condit. indeb. itena* *I. 7. in prino.* *I. 11. dig. hoc tit.* & *I. 32. Cod. eod. tit.*

V I I . Quod attinet ad pretium, ex supra dictis satis perspicue liquere puto, non sufficere ad Transactionem rem esse dubiam vel item incertam, sed oportet ut eo nomine etiam aliquid detur, promittatur, aut retinetur, sine quo Transactione nullius momenti est. *I. 38. C. h. tit.* nam si reus totum quod debetur, aut quod petitur, actoridet, tunc nihilo retento, solutio erit, è contra, si actor nihil pro remissione actionis sibi competentis accipiat, nihil hoc nomine dato vel promisso, donatione, non Transactione erit.

V I I I .

Hæc sufficient ad summariam definitionis explicationem, videamus nunc de personis quæ transigere possunt: de his tenet hæc regula, quod omnes transigere possunt qui & pacisci vel

con-

8. DISPUTATIO JURIDICA

contrahere, & quoniam Transactio est ex conventione atque consensu, hinc sequitur eos qui nullum habent intellectum vel animi iudicium transfigere non posse, quales sunt furiosi, mente capti, & infantes, l. 1. §. 12. de oblig. & actionib. §. 8. & 9. inf. de inutilib. stipul. pupillus vero, infantia major, licet se ipsum civiliter obligare non potest, l. 43. D. de oblig. & action. quominus tamen conditionem suam, sine auctoritate tutoris transfigendo meliorem faciat, nihil obstat, arg. l. 28. D. de pais. princ. inf. de auctorit. tutor.

I X.

De minore vero res paulo aliter concipienda est, & triplex in ejus obligatione est consideratio. 1. minor habens curatorem, contrahit sine ejus auctoritate, ex hujusmodi contractu non tantum naturaliter, uti de pupillo diximus, sed etiam civiliter obligatur. l. 43. D. de obligat. & action. l. 101. D. de verbis. oblig. quoniam vero finis obligationis plerumque tendit ad alienationem quæ curatorem habenti est interdicta, l. 3. C. de in integ. restit. hinc est quod ad istam legem dicitur contractum minoris cum effectu alienationis propter curam presentem non esse servandum. 2. vero ut minor cum effectu paciscatur, opus est tutoris auctoritate, & cum alienatio procedit cum decreto magistratus. l. 4. C. de pred. min. Denique 3. minor contrahit qui non habet Curatorem, quem olim invito accipere non cogebantur, l. §. 21 inf. de Curat. ejus contractus æque valet ac si a majore esset initus, excepto remedio restitutionis in integrum quod his conceditur si intra legitimum tempus probaverint se læsos esse. l. 3. C. de in integ. restit. & tot. tit. C. si advers. Transact. Quod etiam iis qui interveniente curatore læsi sunt non denegatur. l. 4. C. si curat. vel curat. interv. Quæ de obligatione harum personarum ingenere dixi referenda sunt ad hanc subjectam materiam.

I X. V.

Hi omnes prædicti transigunt proprio nomine, sunt etiam qui hoc faciunt alieno, ex his sunt 1. tutores & curatores, quibus de rebus pupillaribus & minorum transfigere permittitur, ubi de

de illorum justitiâ & jure plurimum dubitatur, quapropter ob dubium incertumque litis exitum expedit aliquid accipere certi, quam de toto periclitari *l. 56. §. 4. de Furiil.* *l. 46. §. ult. de adxistr. tut.* Præterea pater transigit de rebus filii quem in potestate habet. *l. 10. D. R. tit.* de bonis vero filii emancipati quatenus est loco extranei, jus transigendi sine ejus consensu, patri non competit. *l. 27. §. 4. D. de pact.* *l. 25. C. eod.* vel nisi pater qui habet legitimam liberorum emancipatorum tutelam, hoc faciat jure communi ut reliqui tutores & curatores *d. l. 10. b. tit.* quod si filius in potestate sit, tunc secundum discrimen peculiorum hoc jus mutatur, nam in peculio castrensi & quasi castrensi pater nihil juris habet, sed ipse filiusfamilias in hisce pro patre habetur. *l. 2. D. od. Sc. macedon.* *l. ult. C. de instr. testam.* è contra in peculio profectio filiusfamilias nihil habet, ideoque de eo pater pro lubitu uti de re propria disponit. *§. 1. inf. per quos pers. cuiq. acquir.* Vel denique peculium est adventitium, & de hoc patri conceditur Transaction, quando causa admodum anceps sit, & si liberi iuste sint ætatis, consensum eorum adhibeat. *l. fin. §. 3. & 4. C. de bon. qua liber.* nec odio liberorum vel perdendi animo hoc fiat *arg. d. l. fin. §. 4.*

X I.

Denique jus transigendi conceditur etiam Procuratori, qui est vel generalis vel specialis. *l. 58. & seqq. de procur.* hic nunquam sive sit ad litem vel ad negotia datus, sine speciali domini mandato transigit. *l. 7. C. b. t. l. 13. D. de pact.* *l. 17. §. 3. D. de jurejur.* nisi sit Procurator in rem suam. *l. 13. D. de pact.* Cui omnia fere ac vero domino licent *l. 55. D. de Procurat.* & magis videtur transigere de re propria quam aliena. *l. 4. l. 9. C. de Procur.* De Procuratore vero generali, sive cui tota bonorum omnium administratio est concessa multum inter doctores disputatur, an sufficiat ad Transactionem si simpliciter tantum sit datus, vel an opus sit adjectione vocis cum libera: Qui priorem sententiam defendunt, utuntur argumento. *l. 29. §. 1. de novation.* ubi procuratori simpliciter omnium bonorum

10 DISPUTATIO JURIDICA I

permittitur novatio, eodem modo uti tutori, si nempe dominio vel pupillo evidenter expediat: potest etiam deferre iusjurandum. l. 17. §. 3. D. de jurejur. quod speciem Transactionis continet. l. 2. eod. tit. Præterea recte exigit & solvit debitum. l. 34. §. 3. D. de solut. & 87. eod. tit. Ex hisce legibus simpliciter loquentibus probare conantur, verba cum libera abundare atque superflua esse: Cæteri vero moventur propter leges expressas uti est l. 58. 60. 63. de procur. l. 9. §. 4. de acquir. rex. domin. in hisce Conciliandis admodum solliciti non errimus, sed potest videri Vinn. tract. ad tit. de transact. Administratores civitatis, syndici, Rectores Collegiorum, & si qui sunt similes, transigere possunt super rebus iis commissis, quatenus jus liquidum non remittant, nec ambitione hoc faciant, id est, in gratiam alicujus contra utilitatem municipii. l. 12. C. de transa.

X I L

Instituti nostri ratio postulat ut jam breviter videamus de quibus rebus transactio non procedit; & dicendum de quibusdam prohiberi indistincte, de aliis vero nisi fiat certo sub modo, ex his de quibus prohibetur sub modo est. 1. Transactio de controversiis, testamento vel codicillis oriundis, de iis etenim specialiter cautum est, ut nisi inspectis testamenti vel Codicillorum tabulis Transactio non valeat. l. 6. D. b. t. ratio hujus constitutionis esse videtur, ne heredes spe transigendi, tabulas (ex quibus veritas cognosci debet l. 1. §. 1. quemad. inf. aper.) dolo malo supplimentant odio & præjudicio legatariorum & fidei commissariorum, tum etiam quod per hujusmodi Transactiones supremæ voluntates facile circumvenirentur, quas publice expedit habere exitum. l. 5. D. de test. quemad. aper. Ubi vero nullæ exstant tabulæ uti in testamento nuncipativo (saltem ab initio) testes quantum fieri potest examinandi sunt Bachw. Disp. 7. tb. t. Cit. F. atque adeo necessaria est illa solennitas inspiciendi, ut ne quidem renunciatio jurata, illorum in quorum gratiam hæc lex potissimum est introducta, ad Transactionem firmandam jure Civili valeat. l. 5. C. d. ll. l. 6. C. de pacz.

I N A U G U R A L I S . 11

Si vero de mente testatoris vel de dispositione testamenti aliunde edocti sint transigentes, nulla causa rescindendi quod transactum est esse videtur, quoniam leges citatae requirunt inspectionem ne voluntas testatoris vel tenor tabularum ignoretur.
l. 6. d. b. tit. l. 1. D. quemadmodum test. aperiant. §. 1.

X I I I.

Præterea prohibita est transactio super alimentis testamento relictis, nisi auctoritate vel prætoris decreto accidente. *l. 8. prom. D. b. tit.* Quæ interdictio ad Codicillos mortisque causa donationes ex oratione Divi Marci pertinet. *d. l. §. 2.* Quid sub nomine alimentorum continetur, nos docet Juris Javolenus. *l. 6. de Alimentis liboriis legat.* ubi dicit alimentis legatis cibaria vestitus, & habitatio debibitur, quia sine his ali corpus non potest, idemque est ac si vixit, esset legatus. *l. 23. eod. tit.* Quo verbo omnia continentur quæ ad vivendum homini sunt necessaria, & quibus tuendi curandique corporis nostri gratiâ utimur. *l. 43. cum l. seq. de verbis signific.* Hisce vero opponat aliquis. *l. 8. §. 12. & 13. D. hoc tit.* Ubi habetur eum, qui transigit de alimentis, non vederi transfigisse de habitatione neque de vestiario, breviter vero respondendum erit alimenta aliquando strictius interpretanda, quatenus causa favorabilis sit vel non. *l. 12. de regul. jur. l. 14. §. 1. D. de Alien. legat. arg.* *l. 3. ubi pupillus educ.* Dixi prohibitam esse transactionem de alimentis testamento vel alia quavis supra defuncti voluntate relictis, de iis nempe quorum dies nondum cessit, hoc est de quibus actio cum effectu adhuc moveri non potest. *l. 8. prioris h. t. sanct. tit. D. quando dies leg. ced. de istis enim quæ jam præterita sunt, & quæ peti possunt sine scientia prætoris recte transigitur.* *l. 8. C. de transact.* Ratio differentiæ in eo constat, ne is cui ex liberalitate testatoris ita prospectum erat, ut semper alimentarius habeat unde se exhibere atque tolerare posset, transigendo conditionem suam deteriorem faceret, uti sæpe iis evenire solet, qui modica præsenti pecunia summa contenti sunt; in posterum vero esurientes, nimis suæ facilitatis pœnam dant. *l. 8. princ. D. b. tit.* atque ita pia ista testatoris intentio-

12 DISPUTATIO JURIDICA I

ne unquam alimentarius egeat eluderetur : hanc rationem præteritis alimentis non convenire facile unusquisque videbit , de istis etenim non dependet hominis vita : & licet alimentarius de suo satis abundeque habeat unde vivat , idem tamen fieri vult . *I. 8. §. 7. b. tit.* Partim propter favorem ultimæ voluntatis *I. 5. de testam. quomod. aper.* Partim etiam propter utilitatem ejus cui relictæ stant , sepe enim homines de facultatibus suis amplius sperant , quam in his revera est præterea quoniam multæ sunt humanæ fortæ & casus , quibus homines facultatibus labi atque ad incitas redigi possunt , de quibus testator forte etiam cogitavit : Ne vero id quod ob favorem & utilitatem alimentarium introductum est , in eorum odium verteretur , permittitur iis inconsulto prætore transfigere , quoties conditionem suam emeliores reddant . *I. 8. §. 6. & ultim. D. b. r.* Quominus tamen super his omnibus , ut , & de iis in Thes. præc. memoratis , neglectis eorum requisitis , gratis quis paciscatur , & juri suo renunciet , nulla obstat lex nec ratio , quæ omnes specialiter loquuntur de transactione : Huc etiam obiter referri potest Transactio in causa matrimoniali , de qua DD. sustinent transfigi posse , quoties intervenit ad confirmandum non ad dissolendum matrimonium , ne sit in potestate privatorum voluntate propria atque arbitrio conjugia dissolvere . *C. fix. x. de transact.*

X I V.

Diximus de quibus negotiis secundum quid prohibeatur transactio : videamus nunc ea de quibus simpliciter negatur vel conceditur ; horum differentia nobis occurrit in *I. 18. C. de transact.* Verba hujus legis hæc sunt , *Transfigere vel pacisci de criminis capitali , excepto adulterio prohibitum non est , in aliis vero publicis criminibus , quæ sanguinis pænam non ingerunt , transfigere non licet , circa falsi accusationem.* Qua lege patet criminum duplex esse genus , unum capitale , alterum non capitale , crimen capitale variz in jure sumitur , *i. pro quavis læsione æstimationis. I. 103. de verb. signif.* Quæ accidit relegatis . *I. 5. §. 2. D. de extraord. cognit.* unde dicitur relegatio pœna capitalis , *I. 12. §. 4. D. de*

D. de accusat. 2. Quod reo mortem naturalem vel civilem interrogat, hoc est quā caput ex civitate eximitur. *l. 3. D. de publico judice.* Ut deportatione, *§. 2. inf. de capit. dimissione.* 3. Denique stricte ponitur pro hujusmodi crimenе cuius pena est ultimum supplicium quo alicui vita naturalis adimitur. *l. 2. D. de penis.* atque ea significatio sumitur, in dicto, *l. 18.* quæ permittit transactionem super criminibus pœnam sanguinis ingerentibus, de ceteris vero prohibet; licet hæc constitutio primo intuitu videatur adversari utilitati publicæ, quæ omnino homines sceleratos atque nocentes opprimi vult. *l. 51. §. 2. D. Ad legem Aquilam* Imperator vero quasi commiseratione motus, centuit nihil esse magis humanius, quam qui formidine pœnæ, adversarium corrumpendo; vitam & sanguinem suum quovis modo redemptum velit. *l. 1. D. de bon. eor. qui ant. sent.* Verum cum pacta privatorum juri publico derogare non possint. *l. 38. D. de pactis,* nec hujusmodi stricti juris conventionis vim esse eam ut crimen penitus tollat, vel quasi nemini postea illum facinoris accusandi jus esset, contrarium habetur. *in l. enim 3. C. caus. serv. libert. accip.* Ibi servus qui raptum virginis pactione transmissum in publicum detulit, libertate donatur. Imo ipsi magistratus justa atque legitima præsumptione moti, ex officio in crimen inquirere reumque punire possunt. *l. 13. D. offic. praesid. Nov. 128. Cap. 21.*

X V.

Quare vero adulterium in dicta l. excipiatur non omnium eadem est sententia, quas non recensebimus, sed optima eorum videtur esse ratio qui putant eo transactionem de adulterio esse prohibitam, quoniam non potest fieri, nisi de novo committeretur aliqua turpitudo, nam postquam accusatio Adulterij tantum concessa sit viro, patri, conjunctisque personis *l. 30. C. ad leg. de adult.* Videretur præ se ferre speciem aliquam lenocinii, si nempe aliquis ex ipsis personis pecuniam acciperet pro stupro atque adulterio uxoris; quod alii vero sustinente adulterium tum temporis non fuisse judicium capitale, ipsa *l. 18. Contrarium statuere* videtur, item *l. 9. C. ad leg. Julian. de adulter.*

14 DISPUTATIO JURIDICA I

X V I.

Sequitur in dicta l. 18. in aliis autem publicis criminibus quæ sanguinis poenam non ingerunt, transigere non licet, citra falsi accusationem. Cujus legis sensum breviter hoc disticho descripsit Accursius.

Sanguinis in poenis, nisi machus transigit omnis, in reliquis nulli liceat, nisi crimine falsi.

Ultima hujus legis verba magnam interdoctores fecerunt controvrsiam, sunt qui disputant verbum citra heic sumi pro exceptione, ut, codem nempe modo uti adulterium excipitur de Criminibus Capitalibus, ita accusatio falsi excipiatur de Criminibus non Capitalibus, arg. l. 7. C. ad legem Cornel. de fals. Cæteri vero verius statuunt, citra, heic ponи pro sine vel absque, eo sensu, ut is qui transigit de crimine non capitali incident in crimen falsi, quæ sententia multo probabilior est, tam propter eorundem auctorum leges, in quibus pari sensu sumitur vox citra. l. 19. C. procur. l. 24. C. de rei vind. innumerisque aliis, tam propter legem ult. D. prævaritat., ubi dicitur, quod in omnibus causis, præterquam in sanguine, qui delatorem suum corrupit, ex SCt. pro vieto habetur: Præterea nulla probabilitas hujus exceptionis, ab excipientibus profertur ratio.

X V I I.

Videamus nunc obiter de vi Transactionis & effectu, atque ea propter bonum publicum & ut litium sit finis. l. 10. C. b. t. dicitur habere eandem vim cum re judicata l. 20. C. b. tit. neque sub specie novorum instrumentorum postea repertorum retractatur. l. t. l. de re jndic. l. 19. C. hoc tit. nisi ex falsis instrumentis, licet jurata, l. 42. C. de Transact. propter læsionem vero nunquam major restituitur. l. 23. C. b. t. Ex eo quod Transaction sit stricti juris, sequitur eam non præjudicare aliis nec extendi ad res de quibus nihil est dictum. l. 9. §. 1. & 2. D. b. tit. Quoniam vero Transaction nihil aliud est quam pactum & ex pacto non dari actionem constat. l. 28. C. b. t. l. 7. §. 1. & 4. D. de pactis. neque actionem competentem per pactum ipso jure tolli, ideo moris erat adjicere stipulationem

tionem Aquillanam & acceptilationem. l. 2. §. 15. D. h. t. Præterea adjicebatur aliquando stipulatio pñnalis, ut si forte quis non stet, pactis pñna, exstipulatu peti possit. Plura heic forent tractanda, sed propter temporis penuriam hanc dissertationumculam finire atque transfere cogor.

COROLLARIA.

I.

*Fus accrescendi pertinet ad venditorem
hereditatis.*

II.

*Sui heredes etiam ignorantibus hereditatem
sibi delatam, transmittunt
eam.*

Coro-

*Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academico
Typographi, de Ico xci.*

I I I.

Consuetudo parem vim cum lege habet.

I V.

*Filiusf. SC. Macedoniano renuntiare non
potest.*

CORONARIA
F I N I S.

